



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 28. Epistola Melanchtonis ad Erasmus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

mihi certior est fiducia, tuæ Sæcūlariis Sæcul. XVI.  
 æquitatem hoc non passuram, ut paucorum A.C. 1524.  
 insanis odiis dedar. ad calcem Epistolæ  
 suæ subjungit Erasmus: *Precor, beatissi-  
 me Pater!* ut *Dominus Jesus te velit esse  
 novi & aurei sæculi vindicem & instaurato-  
 rem, id quod vehementer una mecum ex-  
 optant omnes, quibus hæc dissidia me-  
 rito displicent.* Credat mihi, sua San-  
 ctitas superabit omnium Pontificum glo-  
 riam, si hos bellorum & opinionum tu-  
 multus composuerit: & primum quidem  
 efficiet, si se prætulerit Principibus om-  
 nibus æqualem, alterum vero obtinebit,  
 si quædam mutabit, quæ salva pietate mu-  
 tari possunt.

## §. XXVIII.

*Epistola Melanchtonis ad Erasnum.*

**E**lapso aliquot mensium spatio Erasmus *Ep. Eras-*  
*epistolam recepita Melanchtonem scri- l. 19.*  
 ptam, cuius hæc summa erat: *Non in-  
 juria quereris de moribus eorum, qui E-  
 vangelium hoc tempore profitentur, mi  
 Erasme! oblii mihi plane videntur &  
 humanitatis & Religionis, in Ecclesiis  
 multitudinem seditiosis concionibus con-  
 citant, in literas saeviunt, & civilem  
 disciplinam universam labefactant, sibi-  
 que Regnum parant, non Christum docent.*  
 Post hæc Melanchton prorsus sine ullo  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Ff fun-*

**Sæcul. XVI**  
**A.C. 1524.**

fundamento asserit: *dissimilimus horum Lutherus est*, nec raro deplorat, privatis cupiditatibus prætexi Religionis vocabulum ab his, qui cum Pontificis Regno bellum gerere videri volunt: quamquam autem his malis vehementer Lutherus commoveatur, sed tamen *propterea Evangelii caussam deserere, negat se debere*. Quare te rogo, ne doctrinæ propter cuiuspiam stultitiam aut temeritatem iniquior sis: Ego integra conscientia Lutheri dogmata non possum damnare. Quod ad Diatribam de libero arbitrio attinet, æquissimis animis hic accepta est. Tyranni enim est vetare, ne quisquam in Ecclesia sententiam de Religione dicat.

### §. XXIX.

#### *Responsum Erasmi ad Melanchtonem.*

**Tater Epist.** **Eras. lib. 19.** **op. 3.** Ad hæc Erasmus Melanchtoni respondit: *Si hic adesses, mi Philippe!* ac *præsens spectares fabulam, tum magis dices me non sine causa queri de moribus quorundam, qui tumultuantur Evangelii titulo.* Nec dubito, quin hujusmodi portentis indignetur Lutherus; hi enim ejus auctoritatem fortiter negligunt, quoties ipsis videtur commodum. *Quid Luthero suis dicit spiritus, ipse viderit.* Te non sum vehementer adhortatus ad palinodium, vel ob id, quod sci-rem